Borradores redaccion P. Labourdette, revisados por el P. Sigmond.

GS/2P

1 Matrimonii sensus in sua prima institutione

a/ Fecit hominem masculum et feminam

b/ Virtus castitatis

2 Sacramentum matrimonii

a/ Sacramenti nobilitas

b/ ~~Sensus~~ Praestantia virginitatis coelibatus

3 Natura et exigentiae matrimonii

4 Societas familialis

PATRIMONIO UC

a/ Natura

b/ Numerus filiorum

c/ ~~Forma~~ sensus educationis

C

GS/2A

Caput III. De matrimonio et Familia.

a) (Matrimonii sensus in sua prima institutione) Deus omnipotens dicens: "non est bonum hominem esse solum"(Gn.) ~~"facit hominem~~ illum "ab initio masculum et feminam", benedixitque eis: "Crescite et multiplicamini et replete terram"(Gn 1, 28). Utrique ~~ergo,~~ viro et mulieri, aequaliter communicavit dignitatem hominis qua personae et ad imaginem Dei facti; quae resplendet etiam in distincta eorum proprietate qua referuntur ad invidem simul et ad Deum; et specialius adhuc manifestatur eo quod in matrimonio ad opus procreationis, origini et incremento personae humanae inserviendo vocantur, in propagatione generis humani ipsi Creatori cooperando. "Propterea relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et fient duo in carne una" (Mt 19, 5; cf Gn 2, 24, Eph 5, 31). Quod sane modo humanae condicioni* congruo fieri non potest quin unusquisque dono intimi amoris plenaeque fidelitatis comparti adhaereat ut sint etiam cor unum et anima una sicque sacra fecunditas carnis etiam ex mutuo et sancto amore procedat unde utriusque perfectio augeatur.

* nec non obiectivae ordinationi matrimonii...

b) Est igitur doctrina catholica aeque aliena tum ab omni humanae sexualitatis deminuta aestimatione, sive biologica, sive psychologica, sive sociologica, cum ab exaggerata eorum opinione qui perfectionem humanae personae in hac sexuali ratione quasi exhauriri autumant. Sed necessariam atque, Dei gratia, possibilem tenet virtutem castitatis, quae nullo modo in privatione consistit sed in vere humana et christiana dominatione qua sensus rationi subiciuntur et persona ipsa ad altiora extollitur. Certe omnis facultatis procreativae usus extra matrimonii iura et saepta naturam humanam* ~~offendit~~ ideoque et divinam legem offendit. Relatio vero sexuum eorumque officium in matrimonio castitate ita evehuntur ut digna omnino sint homine ad imaginem Dei creato.

* deprimit et laedit

7)

35 Quando autem ex ipsius Dei vocatione simul ac dono propter amorem regni coelorum sacer coelibatus amplectitur,

tunc iam in terris angelica vivendi ratio adipiscitur,

~~tunc iam in terris~~ ...monio perfectior absque dubio, ipso Chris-

tunc mirabilis, Christi cum Ecclesia coniunctio alia ~~ac in matrimonio~~ via* significatur ~~in qua~~ ~~iam in~~ cui ~~insuper~~ (etiam) vis est statum eschatologicum *Ecclesiae Sponsae praeannuntiandi atque ~~significandi~~ quodammodo anticipandi. Doctrina ~~Ecclesia~~ Catholica ~~fides~~ indubie confitetur statum coelibatus vel virginitatis matrimonio perfectiorem esse; attamen, consideratis peculiaribus circumstantiis, status coniugalis ~~in concreto~~ commendabilior ~~esse~~ esse potest, vero etenim sensu Dei vocatione ~~homo etiam~~ ad matrimonium ~~Dei vocatione~~ ~~ordinatur~~ datur ordinatio.

..., attentis peculia-

ribus circumstantiis, matrimonium in concreto magis commendandum esse potest, vero etenim sensu homo* ad matrimonium vocatur.

* etiam

Non vero infirmitur sed potius firmatur matrimonii christiani valor, asserendo quod unio Ecclesiae cum Christo, quam sacramento matrimonium repraesentat et, si nullus ponatur obex, efficaciter procurat in animabus sponsorum, alia subliniori quo via attingi potest, per sacram fil- virginitatem. Illa enim, ~~repraesentatur~~ anticipatur et quodammodo vivitur status eschatologicus Ecclesiae, ubi jam de necessitatibus hujus temporis, generationumque sibi succedentium curare amplius non debet.

2 (Matrimonii sacramentalitas). Homo lapsus matrimonium in splendore primae suae institutionis non servavit, quod tamen vim humanae vitae et societati non amisit; duritia vero cordis humani non raro depravatum (cf. Mt 19, 8s), Dominus noster Jesus Christus ad suam primigeniam unitatem et indissolubilitatem, humanae naturae ac personali dignitati summopere consentaneam, reduxit, illudque ad sacramentalem oeconomiam elevavit. Hac autem indole tanta est christiani connubii nobilitas et sanctitas ut ipsum purissimam atque fecundissimam Christi unionem cum Ecclesia repraesentet et sponsi in proprio eorum statu sacramentali gratia suffulti, symbolum ac testes esse possint atque debeant caritatis Salvatoris ad bonum etiam totius societatis humanae.

* inserviendi

Ita quod jam inter baptizatos nullum dari possit matrimonium verum quin sit eo ipso sacramentum.

~~divortio~~ ~~destruatur~~

Errant

Qui ~~vero~~ putant divortio civile matrimoniale vinculum ~~dissolvi~~ valide initum dissolvi; et si leges hoc aliquando permittant, nemo potest dubitare earum efficacia ad verum matrimonium minime attingere posse. Plurima lugenda consectaria omnes norunt ex hac praxi tum ipsis coniugibus tum filiis obvenire.

3 (Matrimonii natura et exigentiae). Ex dictis perspicitur instituti matrimonialis sicut ipsius sexuum differentiae finem specificum ac primarium humani generis esse propagationem. Haec autem non animalis tantum, sed humana esse debet et christiana, ut proles, quae humanae personae dignitate pollet, non inconscie sed rationabiliter desideretur atque amanter recipiatur nec non sollerter educetur. Oportet insuper ut parentes ipsi veram constituant communitatem in qua amore mutuo magis ac magis uniantur, sese invicen complentes et perficientes, ~~secundum verbum Scripturae: "Viri, diligite uxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam" (   )~~, ad quod sane sacramentali gratia iuvabuntur.

Amoris coniugalis veram puritatem coniuges colunt si eiusdem signa sibi debito modo praestantes ordinem naturaliter inditum condignae propagationis servant. Ne gravissimis quidem rationibus hunc propria industria separent ab illis naturalibus bonis ac finibus, qui insuper ipsis ipsorumque societati eodem commercio gignuntur. Sancta et inviolabilis parentibus sit vita prolis conceptae; siquidem iam ante partum ipsa dignitate et iure humano vere praedita est, cuius proinde actio directe occisiva proprie inter crimina annumeratur.

Supra autem omnia iura, officia et virtutes vitae coniugalis, proprium principatum obtinet caritas supernaturalis, quae omnes Dei intentiones implet et complet, quae numquam excidit (I Cor 13,   ) quae non quaerit quae sua sunt, quae omnia sustinet, quae non cogitat malum neque perperam agit, quae patiens est atque benigna, in qua plenitudo legis invenitur, quod non minus * in matrimoniali statu quam ** in tota vita christiana valet.

* de   ** de

4 (Societas familialis)

a) Ex matrimonio legitime oritur familia, ~~[illegible]~~ ~~(Familialis societas)~~ homini naturaliter necessaria ~~est~~, propriis bonis ornata quae ab aliis societatibus praestari nequeunt, licet ab his ut proprios fines reapse consequi valeat, juvari ac promoveri possit ac debeat. Habet enim familia suam essentialem a Conditore inditam interiorem structuram, qua, sicut omnis societas humana, bono et perfectioni personarum ordinatur. [Vir naturaliter praeest toti familiae, uxori tamen tanquam sociae peculiariter honorandae et diligendae. "Vir caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesiae" (Eph. 5, 23)] Familiae ~~tamen~~, pro regionum et temporum conditionibus, multum inter se differunt. Studeant igitur omnes quibus familialis instituti cura incumbit conditiones istas ita cognoscere ut determinare possint quomodo essentialis finis domesticae societatis tanquam unitatis naturalis, juridicae, moralis et oeconomicae, meliori modo attingi possint.

b) Conjugum ultimatim jus et officium est determinandi numerum prolis appetendae. Ipse conjugalis amor, si verus amor sit et praesertim si caritate elevatur, egoïstice inter duos sponsos clausus remanere nequit; ipsa sua propria natura generose tendit ad foecunditatis fructum, scilicet novam humanam personam procreandam et educandam. Minime tamen ignorat S.Synodus quot et quantae difficultates, hodiernis praesertim in adjunctis, conjugibus occurrere solent. In singulis casibus ponderandum erit quid conditiones individuales, quid bonum totius familiae et societatis, quid praevisae possibilitates puerorum humanae et christianae educationis, innuant, juxta dictamina prudentiae christianae, quae sacrificia non timet ~~vere prudentia sit~~, fide illustrata, spe roborata, difficultatum tamen plene conscia. ~~[illegible]~~ Societatis institutiones ad hoc cooperentur ut conjuges propria responsabilitate hanc quaestionem solvere possint.

Omnes vero in scientiis biologicis, psychologicis, medicinalibus ac socialibus peritos S. Synodus ~~vehementer~~ invitat ut in investigationibus ~~pergant~~ consociatis viribus pergant, theologis etiam cooperantibus ~~ita~~ sicque coniuges ad dificillima implicataque conflicta circa liberorum numerum simulque matrimonii usum honeste secundum christianam legem solvenda quammaxime inveniantur.-

Parentibus ipsis, quibus commisit Deus generis humani propagandi jus et officium iisdem concredidit et primariam prolis sustinendae et adjuvandae, praesertim educandae, responsabilitatem.

~~Omnes in scientiis biolog. psychol., medic. ac socialibus peritos S. Synodus vehementer invitat ut in investigationibus consociatis viribus pergant, theologis cooperantibus, ut coniuges ad difficillima implicataque circa liberorum numerum matrimoniique usum conflicta honeste X solvenda quammaxime iuventur.~~

~~X secundum christianam legem~~

Parentibus ipsis, quibus commisit Deus generis humani propagandi jus et officium iisdem concredidit et primariam prolis sustinendae et adjuvandae, praesertim educandae, responsabilitatem.

Omnes in scientiis biolog. psychol., medic. ac socialibus peritos S. Synodus
vehementer invitat ut in investigationibus consociatis viribus pergant, theo-
logis cooperantibus, ut coniuges ~~ad~~ difficillimas implicatasque circa
liberorum munerum matrimoniique usum conflictus honeste X
solvenda quam maxime inveniatur.